Bene praebeo: nec quicquam eges:
Malo cavebis, si sapis: virum observare desines.
Atque adeo, ne me nequicquam serves, ob eam industriam.
Hodie ducam scortum, atque ad
coenam aliquo condicam foras.

Ibid. (II, 2, v. 43).

. . . ridiculus est, ubi uxor non adest.

Ibid. (II, 3, vv. 70-1).

. . . metuebam, ne meae
Uxori renuntiaret de palla et de prandio.

Ibid. (V, 5, v. 34).

. . . dudum uxorem suam esse ajebat rabiosam canem.

Mercator (II, 2, v. 4).

Quasi hircum metuo ne uxor me castret mea.

Ibid. (III, 2, vv. 13-4).

Uxor me expectat iam dudum esuriens domi:
Iam iurgio enicabit, si intro rediero.

Ibid. (IV, 4, vv. 7-8). cit. al § 23.

Ibid. (IV, 4, vv. 20-1).

Nempe uxor rurist tua: quam dudum deixeras
Te odisse atque anguis.

Ibid. (IV, 4, v. 56)

. . . Domi uxor est acerrume.

IBID. (V, 4, vv. 41-3).

Dem. . : . Obsecro

Satis iam ut habeatis. quin loris caedite etiam, si lubet

Lys. Recte dicis: sed istuc uxor faciet, quom hoc resciuerit.

MILES GLORIOSUS (III, 1, vv. 90-106).

Nam bona uxor, si ea duci [potis] est usquam gentium,
Ubi eam possiem inuenire? uerum egone eam ducam domum,
Quae mihi nunquam hoc dicat: eme, mi uir, lanam, tidi unde [pallium
Malacum et calidum conficiatur tunicaeque hibernae bonae,
Ne algeas hac hieme': hoc numquam uerbum ex uxore audias:
Verum prius quam galli cantent, quae me [e] somno suscitet,
Dicat: 'da mihi, uir, Kalendis meam qui matrem munerem:
Da qua faciam condimenta: da quod dem quinquatribus
Praecautatrici, coniectrici, ariolae atque aruspicae:
Tum piatricem clementer non potest quin munerem:
Iam pridem, quia nihil apstulerit, suscenset toraria:
Tum opstitrix expostulauit mecum, parum missum sibi:
Quid? nutrici non missuru's quicquam quae uernas alit?
Flagitiumst si nil mittetur; quo supercilio spicit'.
Haec atque horum similia alia damna multa mulierum
Me prohibent uxore, quae mi huius similis sermones serat.

RUDENS (IV, 1, vv. 13-4).

Sed ad prandium uxor me uocat: redeo domum.
Iam meas opplebit auris uaniloquentia.

TRINUMMUS (I, 2, vv. 1-4).

Larem corona nostrum decorari uolo:
Uxor, uenerare, ut nobis haec abitatio
Bona fausta felix fortunataque euenat
Teque ut, quam primum possit, uideam emortuam.

IBID. (I, 2, vv. 13-20).

Meg. Quid tua agit uxor? ut ualet?

Cal. Plus quam ego nolo.

Meg. Bene herclest illam tibi ualere et uiuere.

Cal. Credo hercle te gaudere, si quid mihi malist.

Meg. Omnibus amicis, quod mihist, cupio esse item.

Cal. Eho tu, tua uxor quid agit?

Meg. Immortalis est:

Viuit uicturaque est.

Cal. Bene hercle nuntias,

Deosque oro ut uitae tuae superstes suppetat.

Meg. Dum quidem hercle tecum nupta sit, sane uelim.

V. i luoghi citati ai §§ 15, 17, 20, 22, 25, 26, 27.

§ 15. — Protezione del padre sulla donna maritata.

MENAECHMI (V, 1, vv. 34-8)

Nae istuc mecastor iam patrem accersam meum
Atque ei narrabo tua flagitia quae facis.
I, Decio, quaere meum patrem, tecum simul
Ut veniat ad me: ita rem esse dicito
Iam ego aperiam istaec tua flagitia.

IBID. (V, 2, vv. 20-1)

Nec pol filia umquam patrem arcessit ad se,
Nisi aut quid commissi, aut jurgii est causa.

IBID. (V, 2, vv. 31-3).

Mul. . . . vivere hic non possum, neque durare ullo modo.

Proin tu me hinc abducas.

Sen. Quid istuc autem?

Mul. Ludibrio, pater

Habeor

Sen. Unde?

Mul. Ab illo quoi me mandavisti, meo viro.

Mercator (IV, 4, vv. 47-8).

Syra, ei, rogato meum patrem uerbis meis
Ut ueniat ad me iam semul tecum huc.

§ 16. — Importanza della dote.

Aulularia (prol., vv. 26-8).

. . . thensaurum . . . . . .
Quo illam facilius nuptum, si uellet, daret.
Nam eam conpressit de summo adulescens loco.

Ibid. (II, 1, v. 36).

Cum maxuma possum tibi, frater, dare dote.

Ibid. (II, 2, vv. 13-5).

. . . Meam pauperiem conqueror
Virginem habeo grandem, dote cassam atque inlocabilem,
Neque eam queo locare quoiquam.

Cistellaria (II, 3, vv. 18-21).

Ego te reduco et ad divitias revoco
Ubi tu locere in luculentam familiam,
Unde tibi talenta magna viginti pater
Det dotis.

Mercator (IV, 3, vv. 4-5).

Hem, quoi decem talenta dotis detuli,
Haec ut viderem, ut ferrem has contumelias.

Mostellaria (I, 5, vv. 23-4).

pars vostrorum intelligit,
Quibus anus domi sunt uxores, quae vos dote meruerunt.

Persa (III, 1, vv. 57-9).

. . . non tu nunc hominum mores vides,
Quoiusmodi hic cum fama facile nubitur?
Dum dos sit, nullum vitium vitio vortitur.

Trinummus (I, 2, vv. 120-2).

. . . illius filiae
Quae mihi mandatast, habeo dotem cunde dem,
Ut eam in se dignam condicionem conlocem.

Ibid. (II, 4, 93-7).

Lys. Soror illist adulta uirgo grandis: eam cupio, pater,
Ducere uxorem sine dote.
Ph. Sine dote uxoremne?
Lys. Ita

. . . .

. . . .

Ph. Egone indotatam te uxorem ut patiar?

Ibid. (III, 1, vv. 4-5).

Sine dote ille illam in tantas diuitias dabit?
Non credibile dicis.

Ibid. (III, 1, v. 11).

Flagitium quidem hercle fiet, nisi dos dabitur uirgini.

Ibid. (III, 2, vv. 63-5).

Sed ut inops infamis ne sim; ne mi hanc famam differant,
Me germanam meam sororem in concubinatum tibi,
Si sine dote dem, dedisse magis quam in matrimonium.

Ibid. (III, 3, vv. 3-5).

Namque hercle honeste fieri ferme non potest,
Ut eam perpetiar ire in matrimonium,
Sine dote, quom eius rem penes me habeam domi.

Ibid. (III, 3, vv. 6-7).

Parata dos domist: nisi exspectare uis,
Ut eam sine dote frater nuptum conlocet.

§ 17. — Prepotenze delle mogli dotate.

ASINARIA (I, 1, vv. 2-3).

Ita ted obtestor per senectutem tuam
Perque illam quam tu metuis uxorem tuam.

IBID. (I, 1, vv. 45-7).

Dem. Verum meam uxorem, Libane, scis qualis siet.
Lib. Tu primus sentis, nos tamen in pretio sumus.
Dem. Fateor eam esse inportunam atque incommodam.

IBID. (I, 1, vv. 68-9).

Dotalem seruom Sauream uxor tua tibi
Adduxit quoi plus in manu sit quam tibi.

IBID. (I, 1, v. 74).

Argeutum accepi, dote imperium uendidi.

IBID. (III, 3, v. 153).

. . . ne uxor resciscat metuit.

IBID. (V, 2, vv. 50-1).

. . . Sine reuenias modo domum: faxo scias
Quid pericli sit dotatae uxori uitium dicere.

IBID. (V, 2, v. 87).

Male cubandumst, iudicatum me uxor abducit domum.

AULULARIA (II, 1, vv. 45-7).

Istas magnas factiones, animos, dotes dapsiles,
Clamores, imperia, eburna uehicla, pallas, purpuram.
Nil moror quae in seruitutem sumptibus redigunt uiros.

IBID. (III, 5, vv. 4-61).

Meg. Nam meo quidem animo si idem faciant ceteri,
Ppulentiores pauperiorum filiias
Ut innotatas ducant uores domum;
Et multo fiat ciuitas concordior,

Et nos minore inuidia utamur quam utimur,
Et illae malam rem metuant quam metuout magis,
Et nos minore sumptu simus quam sumus.
In maxumam illuc populi partemst optumum,
In pauciores auidos altercatio est,
Quorum animis auidis atque insatietatibus
Neque lex neque rumor capere est qui possit modum.
Namque hoc qui dicat: quo illae nubent diuites
Dotatae, si istud ius pauperibus ponitur?
Quo lubeant nubant, dum dos ne fiat comes.
Hoc si ita fiat, mores meliores sibi
Parent pro dote quos ferant quam nunc ferunt.
Ego faxim muli pretio qui superant equos
Sint uiliores Gallicis cantheriis.

. . . .

. . . .

Nulla igitur dicat: equidem dotem ad te adtuli
Maiorem multo quam tibi erat pecunia.
Enim mihi quidem aequomst purpuram atque aurum dari,
Ancillas, mulos, muliones, pedisequos,
Salutigerulos pueros, uehicla qui uehar.

Euc. Ut matronarum hic facta pernouit probe
Moribus praefectum mulierum hunc factum uelim.

Meg. Nunc quoque uenias plus plaustrorum in aedibus
Videas quam ruri quando ad uillam ueneris.
Sed hoc etiam pulcrumst praequam sumptus ubi petunt.
Stat fullo, phyrgio, aurifex, linarius:
Caupones, patagiarii, indusiarii,
Flammari, uiolarii, carinarii,
[Aut manulearii, aut murobatharii]
Propolae linteones, calceolarii,
Sedentarii sutores, diabethrarii,

Solearii adstant, adstant molocinarii,
Petunt fullones, sarcinatores petunt,
Strophiarii adstant, adstant semisonarii,
Iam hosce absolutos censeas: cedunt, petunt
Trecenti item alii; stant phylacistae in atriis,
Textores, limbolarii, arcularii.
Ducuntur, datur aes; absolutos censeas,
Quom incedunt infectores corcotarii:
Aut aliqua mala crux semper est, quae aliquid petat.

. . . .

. . . .

Ubi nugigerulis res solutast omnibus
Ibi ad postremun cedit miles, aes petit.
Itur, putatur ratio cum argentario.
Miles inpransus adstat, aes censet dari.
Ubi disputatast ratio cum argentario,
[Etiam plus ipsus ultro debet argentario]
Spes prorogatur militi in alium diem.
Haec sunt atque aliae multae in magnis dotibus
Incommoditates sumptusque intolerabiles.
Nam quae indotatast ea in potestatest uiri:
Dotatae mactant et malo et damno uiros.

Casina (II, 6, v. 52).

Patiundumst, siquidem me vivo mea uxor imperium exibet.

Epidicus (II, 1, vv. 10-2).

Per. Hercules ego fui, dum illa mecum fuit:
Neque sexta aerumna acerbior Herculi quam mi illa obiectast
Ap. Pulcra edepol dos pecuniast.
Per. Quae quidem pol non maritatast.

Menaechmi (IV, 2, v. 102).

Mulier . . . domum nunquam introibis, nisi feres pallam simul.

IBID. (V, 2, vv. 16-7).

Ita istaec solent, quae viros subservire
Sibi postulant, dote fretae, feroces.

IBID. (V, 2, vv. 49-51).

Serviren tibi
Postulas viros? dare una opera pensum postules,
Inter ancillas sedere jubeas, lanam carere.

IBID. (V, 5, v. 76).

. . . domum ire cupio: at uxor non sinit.

MOSTELLARIA (III, 2, vv. 13-20).

Quom magis cogito cum meo animo
Si quis dotatam habet, neminem sopor
Sollicitat. Ire dormitum mihi odio est:
Exsequi certa res est, ut ego abeam
Potius hinc ad forum, quam domi cubem.
Atque pol nescio, ut moribus sient
Vostrae; haec, sat scio, quam me habeat male:
Peius posthac fore, quam fuit mihi.

§ 18. — Matrimoni disuguali per ricchezze.

AULULARIA (II, 1, v. 44).

Ego uirtute deum et maiorum nostrum diues sum satis.

IBID. (III, 5, vv. 1-19), cit. al § 17.

Narraui amicis multis consilium meum
De condicione hac Euclionis filiae,
Laudant: sapienter factum et consilio bono.
Nam meo quidem animo si idem faciant ceteri,
Opulentiores pauperiorum filias
Ut indotatas ducant uxores domum,
Et multo fiat ciuitas concordior,
Et nos minore inuidia utamur quam utimur,

Et illae malam rem metuant quam metuont magis,
Et nos minore sumptu simus quam sumus.
In maxumam illuc populi partemst optumum,
In pauciores auidos altercatio est,
Quorum animis auidis atque insatietatibus
Neque lex neque rumor capere est qui possit modum.
Nam hoc qui dicat: quo illae nubent diuites
Dotatae, si istud ius pauperibus ponitur?
Quo lubeat nubant, dum dos ne fiat comes.
Hoc si ita fiat, mores meliores sibi
Parent pro dote quos ferant quam nunc ferunt.

CISTELLARIA (II, 1, vv. 55-6).

Postremo aequa lege quando pauperi cum divite
Non licet, perdam operam potius quam carebo filia.

EPIDICUS (II, 1, vv. 3-5-7).

quid est quod pudendum siet,
Genere natam bono pauperem te domum
Ducere uxorem?

MILES GLORIOSUS (III, 1, vv. 84-5).

Nam mihi deum virtute, dicam, propter divitias datas
Licuit uxorem dotatam genere summo ducere.

TRINUMMUS (III 2 vv. 87-8).

Si mihi tua soror, ut ego aequom censeo, ita nuptum datur
Sine dote . . . . . quod meumst, id erit tuom.

§ 19. — Indizi d'unità patrimoniale fra coniugi.

CASINA (II, 2, vv. 26-9).

. . . peculi probam nihil habere addecet
Clam virum: et quae habet partum, ei haud commodi est,
Quin viro aut subtrahat, aut stupro invenerit.
Hoc viri censeo esse omne, quicquid tuum est.

MENAECHMI (IV, I, v. 78).

Mul. Palla mihi est domo subrepta

Men. Palla subrepta est *mihi*? (1)

STICH. (IV, 1, vv. 21-2). cit. al § 13.

§ 20. — Indizi di dualismo patrimoniale fra coniugi.

AMPH. (III, 2, v. 47), cit. al § 21.

ASINARIA (I, 1, vv. 81-2).

Ten ego defraudem, quoi ipsi nihil est in manu,
Nisi quid tu porro uxorem defraudaueris?

IBID. (II, 2, vv. 98-9).

Iussit . . . . . . nos uxorem suam
Defraudare.

IBID. (V, 2, vv. 34-5).

Egon ut non domo uxori meae
Subripiam in deliciis pallam quam habet atque ad te deferam?

CASINA (II, 2, vv. 21-3).

Quin mihi ancillulam ingratiis postulat,
Quae mea sit, quae meo educta sumtu siet,
Villico se suo dare.

CISTELL. (IV, 2, v. 102), cit. al § 21.

MENAECHMI (I, 1, v. 22).

Hanc modo uxori intus pallam subripui; ad scortum fero.

IBID. (II, 3, vv. 46-7).

. . . pallam mihi
Detulisti, quam ab uxore tua subripuisti.

IBID. (III, 2, vv. 15-6).

Ait hanc . . . . meae
Uxori subripuisse . . .

(1) *Mihi* pone qui il Bothe: le altre edizioni hanno *tibi*.

Ibid. (III, 2, vv. 42-3).

. . . subripuistin' uxori tuae
Pallam istanc hodie atque dedisti Erotio?

Ibid. (III, 3, vv. 8-9).

Hoc est, quod . . . . .
Te subripuisse aiebas uxori tuae.

Ibid. (IV, 1, vv. 1-3).

Egone hic me patiar esse in matrimonio,
Ubi vir compilet clanculum quidquid domi est,
Atque ad amicam deferat?

Ibid. (IV, 1, vv. 5-6).

Pallam . . . .
Ferebat, hodie tibi quam subripuit domi.

Ibid. (IV, 2, vv. 39-40).

Placabit palla . . .
Quam hodie uxori abstuli . . .

Ibid. (V, 9, v. 78).

Clam meam uxorem, quoi pallam surpui dudum domo.

Mercator (IV, 4, vv. 45-6) cit al § 26.

Stichus (IV, 1, vv. 21-2) cit. al § 13.

V. i luoghi cit. al § 25.

§ 21. — **Divorzio.**

Amphitruo (III, 2, v. 47).

Valeas, tibi habeas res tuas, reddas meas.

Casina (II, 2, v. 35-6).

Mur. Semper tu huic verbo vitato abs tuo viro.
Cle. Quoi verbo?
Mur. I foras mulier.

CISTELLARIA (IV, 2, v. 102).

Pha. Quid fit, Lampadio?

Lam. Quod tuom est, teneas tuom.

MENAECHMI (I, 2, vv. 3-4). cit. al § 14.

IBID. (IV, 2, v. 76).

Quin ut dudum divorti abs te, redeo nunc demum domum.

IBID. (V, 1, vv. 20-1)

. . . med aetatem viduam esse mavelim,
Quam istaec flagitia tua pati . . .

IBID. (V, 1, v. 23).

An sis abitura a tuo viro?

IBID. (V, 1, vv. 25-6).

. . . . . non . . . patiar praeterhac
Quin vidua vivam, quam tuos mores perferam.

MILES GLORIOSUS (IV, 3, vv. 28-9).

Quasique istius causa amoris ex hoc matrimonio
Abierim, cupiens istius nuptiarum.

STICHUS (I, 2, v. 75)

Vosne ego patiar cum mendicis nuptas me uiuo uiris?

TRUCULENTUS (II, 4, vv. 64-6).

Ubi illud quod uolo
Habebo ab illo, facile inuenio quo modo
Discordiam et diuortium inter nos parem.

§ 22. — Jurgium non divortium.

AMPHITRUO (I, 2, vv. 14-5).

Nam Amphitruo actutum uxori turbas conciet
Atque insimulabit eam probri . . .

IBID. (III, 2, vv. 1-2).

Durare nequeo in aedibus, ita me probri,
Stupri, dedecoris a uiro argutam meo.

Ibid. (III, 2, vv. 48-9).

Si non iubes,
Iubeo egomet: comitem mihi pudicitiam aufero.

Ibid. (III, 3, vv. 2-3, 10).

So. Iam facta pax est inter uos duos?
Nam quia uos tranquillos uideo, gaudeo et uolupest mihi.

. . . .

Iup. Ego rem diuinam intus faciam, nota quae sunt.

Ibid. (V, 2, vv. 11-2).

Tu cum Alcumena uxore antiquam in gratiam
Redi: haud promeruit quam ob rem uitio uorteres.

Mercator (V, 4, vv. 1-4).

Eut. Ad patrem ibo, ut matris iram sibi esse sedatam sciat.
Iam redeo.
Lys. Placet principium. quid agis? quid fit, Eutyche?
Eut. Optuma opportunitate ambo aduenistis.
Lys. Quid reist?
Eut. Uxor tibi placata et placidast.

§ 23. — **Cause ed effetti del divorzio.**

Amphitruo (II, 2, v. 222-3).

Amph. Numquid causam dicis quin te hoc multem matrimonio?
Alc. Si deliqui nulla causa est.
Amph. Conuenit.

Ibid. (Fragm. XIII).

Nisi hoc ita factumst proinde ut factum esse autumo
Non causam dico quin uero insimules probri.

Merc. (IV, 4, vv. 7-8).

Uxor uirum si clam domo egressast foras,
Viro fit causa, exigitur matrumonio.

STICHUS (I, 3, vv. 49-50).

Adeunt, perquirunt, quid siet causae, ilico:
Uxorin sit reddenda dos diuortio.

§ 24. — **La patria potestas sulla donna maritata.**

STICHUS (I, 1, v. 17).

Nos . . . ab eis abducere uolt.

IBID. (I, 1, vv. 52-3).

. . . potremo in patris potestatest situm
Faciendum id nobis quod parentes imperant.

IBID. (I, 2, vv. 11-2).

. . . . . Pati
Nos oportet quod ille faciat, quoius potestas plus potest.

IBID. (I, 2, v. 84), cit. al § 11.

§ 25. — **Scacciamento del marito dalla casa dotale.**

MILES GLORIOSUS (IV, 3, vv. 30-1).

. . . hasce esse aedis dicas dotalis tuas
Hinc senem abs te abiisse, postquam feceris divortium,

IBID. (IV, 5, vv. 61-3).

Ph. uir eius est metuendus.
Mi. Quin tua causa exegit uirum ab se.
Ph. Quid? qui id fabere potuit?
Mi. Aedes dotales huius sunt.

RUDENS (IV, 4, v. 2).

Male metuo propter uos, ne uxor mea me extrudat aedibus.

§ 26. — **Infedeltà coniugali.**

AMPHITRUO (prol., vv. 107-9).

Is amare occepit Alcumenam clam uirum
Usuramque eius corporis cepit sibi:

Et gravidam fecit is eam compressu suo.
. . . nunc intus hic cum illa cubat.

IBID. (I, 2, vv. 24-28).

Sed Alcumenae honoris huius gratia
Pater curabit uno ut fetu proferat
. . . .
Uno ut labore absoluat aerumnas duas,
Et ne in suspicione ponatur stupri
Et clandestina ut celetur consuetio.
. . . .
Simul cum Alcumena tua uxore usuraria.

IBID. (II, 2, vv. 178-9).

Perii miser,
Quia pudicitiae huius uitium me hinc absentest additum.

IBID. (III, 3, vv. 26).

Volo deludi illum, dum cum hac usuraria
Uxore nunc mihi morigero.

IBID. (III, 4, vv. 32-5).

Nunc domum ibo atque ex uxore mea hanc rem pergam exquirere
Quis fuerit quem propter corpus suom stupri compleuerit.
Nam me quam illam questionem inquisitam hodie amittere
Mortuom satiust.

IBID. (V, 1, vv. 32-3).

At me uxor insanum facit
Suis foedis factis.

IBID. (V, 2, vv. 5-6).

Primum omnium Alcumenae usuram corporis
Cepi et concubitu grauidam feci filio.

IBID. (fragm. X).

Immo ego hunc, Thebani ciues, qui domi uxorem meam
Inpudicitia inpediuit, teneo thensaurum stupri.

IBID. (fragm. XIII). cit. al § 23.

Nisi hoc ita factumst proinde ut factum esse autumo
Non causam dico quin uero insimules probri.

ASINARIA (IV, 2, vv. 3-7).

Ainu tu? apud amicam munus adolescentuli
Fungare, uxori excuses te et dicas senem?
Praeripias scortum amanti atque argentum obicias
Lenae? suppeiles clam domi uxorem tuam?
Suspendam potius me, quam tacita haec tu auferas.

CASINA (prol., vv. 53-4).

. . . is sperat si ei sit data
Sibi fore paratas clam uxorem excubias foris.

IBID. (II, 2, vv. 32-3).

. . . sine amet
Sine quod lubet, id faciat quando tibi nil domi deliquom est.

IBID. (II, 3, vv. 43-4).

. . . si facias recte aut commode,
Me sinas curare ancillas, quae mea est curatio.

IBID. (II, 7, v. 15).

Erit hodie tecum, quod amas, clam uxorem.

IBID. (II, 7, vv. 31-2).

. . . ut mihi
Bona multa faciam clam meam uxorem!

IBID. (V, 3, v. 4).

. . . nec quibus modis purgem scio meae med uxori.

IBID. (V, grex v. 5).

Qui faxit, clam uxorem ducat scortum semper quod volet.

CURCULIO (I, 1, vv. 37-8).

Dum ted abstineas nupta vidua virgine
. . . . ama quod lubet.

MENAECHMI (I, 1, v. 15).

Hodie ducam scortum atque aliquo ad coenam condicam foras.

IBID. (I, 3, v. 7).

Ut ego uxorem, mea voluptas, ubi te adspicio, odi male!

IBID. (IV, 2, v. 100).

Male mihi uxor sese fecisse censet, quom excludit foras.

MERCATOR (III, 3, v. 35).

Metuo ego iam uxorem, cras si rure redierit.

IBID. (IV, 1, vv. 21-2).

Quamueis insipiens poterat persentiscere
Illam esse amicam tui uiri bellissumi.

IBID. (IV, 3, vv. 1-5).

Miserior mulier me nec fiet nec fuit,
Tali uiro quae nupserim. heu miserae mihi.
Em, quoi te et tua quae tu habeas commendes uiro.
Em, qui decem talenta dotis detuli,
Haec ut uiderem, ut ferrem has contumelias.

IBID. (IV, 4, vv. 45-6).

Nec pol ego patiar seic me nuptam tam male
Measque in aedeis seic scorta obductarier.

IBID. (IV, 5, vv. 3-15).

Ecastor lege dura uiuont mulieres
Multoque iniquiore miserae quam uiri,
Nam si uir scortum duxit clam uxorem suam,
Id si resciuit uxor, impunest uiro:
Uxor uirum si clam domo egressast foras,
Viro fit causa, exigitur matrimonio.
Utinam lex esset eadem, quae uxorist, uiro.
Nam uxor contentast, quae bonast, uno uiro:
Qui minus uir una uxore contentus siet?
Ecastor faxim, si itidem plectantur uiri,
[Si quis clam uxorem duxerit scortum suam]
Ut illae exiguntur quae in se culpam commerent,
Plures uiri sunt uidui, quam nunc mulieres.

IBID. (V, 2, vv. 83-4).

Mater iratast patri uehementer, quia scortum sibi

Ob oculos adduxerit in aedis, dum ruri ipsa abest.

IBID. (V, 3, v. 3).

Nam mea uxor propter illam tota in fermento iacet.

§ 27. — **La donna colta in flagrante adulterio.**

AMPHITRUO (IV, 3, vv. 14-8).

. . . ubi quemque hominem aspexero,

Siue ancillam, siue seruom, si uxorem, si adulterum,

Si patrem, si auom uidebo, eo obtruncabo in aedibus.

BACCHIDES (IV, 8, vv. 1-2, 6-9).

Meamne hic Mnesilocus Nicobuli filius

Per uim ut retineat mulierem? quae haec factiost?

. . . .

Nam neque Bellona mi umquam neque Mars creduat,

Ni illum exanimalem faxo, si conuenero,

Niue exheredem fecero uitae suae.

IBID. (IV, 8, vv. 18-9).

Nihil est lucri, quod me hodie facere mauelim.

Quam illum cubantem cum illa obprimere, ambo ut necem.

IBID. (IV, 8, 75-7).

. . . Ni illic hodie forte fortuna hic foret,

Miles Mnesilochum cum uxore opprimeret sua,

Atque obtruncaret moechum manifestarium.

CASINA (V, 4, v. 7).

In adulterio dum moechissat Casinam, credo, perdidit.

MILES GLORIOSUS (II, 5, vv. 50-1).

Introrumpam recta in aedis: quemque hic intus videro

Cum Philocomasio osculantem, eum obtruncabo extempulo.

IBID. (IV, 8, vv. 12-3).

. . . stat in statu senex,

Ut adoriatur moechum, qui forma est ferox.

§ 28. — Successione della vedova.

CASINA (II, 5, vv. 21-29).

Ol. Inimica est tua uxor mihi, inimicus filius,
Inimici familiares.

St. Quid it refert tua?
Unus tibi hic dum propitius sit Juppiter,
Tu istos minutos cave deos floccifeceris.

Ol. Nugae sunt istae magnae, quasi tu nescias
Repente ut emoriantur humani Joves.
Sed tandem si tu Juppiter sis emortuns,
Quom ad deos minores redierit regnum tuum,
Quis mihi subveniet tergo, aut capiti, aut cruribus?

§ 29. — Avversione al matrimonio.

AULULARIA (I, 2, 19-20).

... optuma nulla potest eligi: alia, alia
Peior.

MILES GLORIOSUS (III, 1, vv. 90-106). Cit. al § 15.

POENULUS (I, 2, vv. 1-2).

Negoti sibi qui volet vim parare
Navem et mulierem, haec duo comparato.

STICHUS (I, 2, vv. 61-5).

Aut. .... Age tu altera: utra si conditio pensior
Virginemne an uiduam habere?

Pam. Quanta mea sapientia est,
E malis multis malum quod minumum est id minumum [est malum.
Qui pote mulieres uitare, uitet is: ut quotidie
Pridie caueat ne faciat, quod pigeat postridie.

TRINUMMUS (V, 2, vv 59-62).

Ch. Haec tibi pactast Calliclai filia.

Les. Ego ducam pater,

Et eam, et si quam aliam iubebis.

Ch. Quamquam tibi suscensui,

Miseria una uni quidem hominist adfatim.

Cal. Imo huic parumst;

Ch. Nam si pro peccatis centum ducat uxores, parum est.

TRUCULENTUS (V, I, vv. 10-5).

Puero opust cibum; opus est autem matri, quae puerum lavit;
Opus nutrici autem, utrem ut habeat veteris vini largiter,
At dies noctisque potet, opus ligno, opus carbonibus,
Fasciis opus est, puluinis, cunis, incunabulis,
Oleum opus, farina puero opust, opust totum diem,
Nunquam hoc uno die eficiatur opus, quin opus semper siet.

§ 30. — **Senes coemptionales.**

BACCHIDES (IV, 9, vv. 52-3).

Nunc Priamo nostro sist quis emptor, coemptionalem senem
Vendam ego, uenalem quem habeo, extemplo ubi oppidum [expugnauero

§ 31. — **Unioni concubinarie.**

EPIDIC. (III, 4, vv. 29-30).

Ego illam uolo hodie facere libertam meam,
Mihi concubina quae sit.

POENULUS (prol. vv. 102-3)

Illam minorem in concubinatum sibi
Volt emere miles quidam, qui illam deperit.

TRUCULENTUS (II, 4, vv. 37-9).

Propter militem
Babyloniensem, qui quasi uxorem sibi
Me habebat anno, dum hic fuit.

IBID. (II, 6, vv. 35-6).
Quom tu recte prouenisti, quomque es aucta liberis,
Gratulor, quom mihi tibique magnum peperisti decus.

§ 32. — Benchè, siccome dissi fin dapprincipio, e spero si sarà notato, in ciascuna delle rubriche, di cui la presente raccolta si compone, ponessi ogni cura di raccogliere con completezza tutti i luoghi riferentivisi nelle comedie di Plauto, pure per talune rubriche mi occorre di fare un'avvertenza. Voglio cioè notare come dei luoghi in ispecie relativi alla rappresentazione di discordie coniugali (§ 14), alle prepotenze delle mogli dotate (§ 17) e alle infedeltà coniugali (§ 26), non mi sia stato possibile (e si sarà pur notato) riportare integralmente che i più importanti, o i punti più importanti; tale, altrimenti, essendone la copia, da costringermi a riportare e scene e atti intieri di una comedia, con lunghezze e ripetizioni fuor di luogo qui. Supplisco in qualche guisa, se pure occorresse, indicando, quasi a conclusione e compimento, che per la descrizione di tali rapporti fra i coniugi hanno in particolare importanza grande l'*Amphitruo*, la *Casina*, il *Mercator*, i *Menaechmi* e il *Trinummus*.

Così certe altre piccole avvertenze sarei tentato di fare; ad esempio che nel § 27 non mi sfuggiva ne' luoghi: *Bacch.* IV, 8, vv. 1-2, 6-8; IV, 8, vv. 18-9, 75-7; *Mil. glor.* II, 5, vv. 50-1; IV, 8, vv. 12-3, la donna infedele essere in realtà concubina, senonchè bastavami passasse come moglie. Ma vi occorrerebbe troppo lungo discorso, anzi occorrerebbe a dirittura un commento, però preferisco affidarmene senz'altro all'intelligente discrezione del lettore e giudice competente, mentr'è, ripeto, una raccolta, non un'esegesi ch'io qui mi proposi ed ai cui termini mi attengo.

Parma, nel Dicembre del 1888.

EMILIO COSTA